



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

An merita non respondeant mercedi?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

VERSUS 12.

Factum autem est in illis diebus exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione.

QUESTIO I.

Cur in oratione pernoctat?

Apostolorū electio res summa est. S. 1. DEi filius scrutator cordium & renum, qui clara in luce ab aeterno ad Apostolatam destinatos videbat, tanti rem eam aestimat, vt in oratione pernoctet, & deinde Apostolos ordinet. Non ergo mirandum, Actor t. per preces Matthiam, & Act. 6. Diaconos eligi. Verum supra modum stupendum est: non modo sine cōsideratione & precibus, verum et spectatis luctis, amicitis, ministris, fauorib. multos ordinari: Quā quidē in re grauissimē ecclesia patitur, plurimiq; Prælati aeternū damnantur. Porro mira peruersio Bezae, qui vertit. Et pernoctauit illic precās Deū. Cum Graec. codē planē modo. ἔτι διὰ τὴν προσευχὴν ἐν τῷ πνεύματι θεῷ. Et erit pernoctans in oratione Dei. Ille in precatōne ad Deum. Cum par omnino sit ratio locutionis in Graeco, nec Latinum sine Graeco corrigi debeat. Προσευχῆ θεῷ, non προσευχῆ πρὸς θεὸν dixit. Quia Deus orabatur, qui orabat etiam Deus erat, sed qua homo precabatur, ex Dei tamen persona dignitatem habebat oratio.

Versio antiqua defensa.

ADAMIUS
+ EUBIUS

V. 13. Apostoli absq; dubio, si sua sponte Domino non mittente profecti essent, grauit̄ deliquissent.

V. 17. Aliilegant & maritum Tyri & Sydonis: Verū sensus. Ex regione maritima, circa Tyrum & Sidonem venisse. Non n. ἡβραῖος est epitheton Tyri & Sidonis, cum non sint alia Tyrus & Sidon, de quib. intelligi possit. Erasmi itaq; merito à Beza reprehenditur quod verterit à maritima Tyro & Sidone, non enim de vrbibus solis, sed toto tractu intelligitur, qui est in Syro phoenicia. Τὴν ἡβραῖον τῆς οὐρα vocat Syrus סבב יבא quod miror quosdam portum vertisse, quod non conuenit huic loco, dicendum enim, terminum, limites, seu fines maris designari, non portum. Nec enim ex solo portu veniebant. Etiam hoc notandum Tyrum hic à Syro יבא hebraico nomine dici, cum aliqui יבא vocare eam consueuerint.

V. 22. ἀποκτείνω erat à catalogo Ecclesiae & Synagoga expungere, & postea vsitatum apud Christianos. Nomen eiici tanquam malum ἀποκτείνω. Syrus dicit: אבירביש ai. b. biche, velut improborum, putrium & reiecturiorum, similitudo à pomis, aut aliis sumpta, cum bona colligunt, mala eiiciunt.

V. 23. Secundum hac enim faciebant propheti patres eorū. Persecutionem in Prophetas Dominus illis exprobrat. Exempla passim occurrunt. Contra Mosen semper murmurarunt. Samuelem reiecerunt, Zachariam Ioas lapidauit. Eliam persecuta est Iezabel. Michzam Ioas rex Israel praecipitauit ex alto, Esaiam, Manasses terra secuit. Ieremiam lapidatum in Aegypto. Σαυθῆσεν, Beza vertit, salire: nimium vt ita dicam proprie: hic enim metaphora melior est. Non enim de inepta & gestiente laticia dicitur. Qualis illius Perse fuisse memoratur, cuius solacissimus ridetur.

ὡς κήρυμα καὶ τέρας
καὶ βέλος χροδῶσαι.

Vt gaudeo & delector & volo saltare.

Sed de graui & modesta, qua sanctos decet.

V. 26. In quibusdam legitur ὑμῖν ὑμῖν. Vt vobis. Ita Syrus etiam. Omittunt alii πάντες, vt & Syrus; ita & in Latino.

V. 29. Vestis summa scil. est pallium, Hinc Plaut. Tunica pallio propior est.

Vestimentum ἱμάτιον appellat, cui opponit χιτῶνα tunnicam. Qua ex re consequi videtur, vestimentū esse togam aut pallium. Syrus dicit סבב יבא maritum.

V. 34. Δανίζω dicitur qui fœneratur & qui citra fœnus dat. Latinam verbū fœneratur hic vsurpat pro dare mutuum.

V. 35. Syrus ne praescindatis spem hominis, nam ἀπελπίετε legit, quam esse transitium. Nihil inde expectantes. μὴ ἀπελπίετε, nihil praeter sortem expectantes, ab homine scilicet; à Deo enim expectare fas est. Quod optime Syrus expressit licet à verbis recesserit. וְאַתָּה תְּסַבֵּב אֶתְּכֶם לְאֵלֹהִים. Et non promittatis vobis expectationem hominis. Vt omnem auariciam & fœnoris etiam cogitati, vel gratitudinis titulo palliati crimen tollat.

V. 37. Pro dimittite est in Graeco ἀφαιρέω. Absolere. Syrum verbum est ἄνω est solvere dissolue intricata vincula. Qualia sunt odiorum & simularum multis causis irritata et odiorum.

V. 38. Mensuram confertam & coagratam, superfluentem. Μετρίως μετρίως ἢ σπουδαιότερον ἢ ὑπερβαλλόντως. Syrus vocat expanlam & profusam, duo enim sunt vocabula tantum his tribus respondentia. Primum est ἡ ἐκτετατή quod significat extensam, latam: quod loco confertae & coagratae ponitur. Alterum ἡ ἀφαιρέθη. Misitaphichatha quod effusam intundantem, abundantem significat. Μετρίως μετρίως est inanis, vt lana, lupulo, quae compressae stipantur. Syrum vocabulum proprie Tusam significat, quod exprimit περισσόμενον. Ingrati, Syrus ἄβρα, denegantes, ita vocant ἀβρα, & prima philolophi e moralis principia, aut sermone aut opere inicitios.

V. 39. Quidam in foueam cadent, alii cadunt.

V. 44. Syrus. Cur sed putat ἡ ἡρεψίσε, & legendam negationem solam. Fieri enim potest vipro ἡ ἡρα quod nunc est in Syris legendum ἡ ἡρα.

V. 46. Qui loquitur. Syrus ἡ ἡρα ἡ ἡρα, ita fere solent efferre.

V. 48. Fodit in altum Graecus ἡ ἡρα ἡ ἡρα, Fodit & profundatur ita etiam Syrus ἡ ἡρα ἡ ἡρα ἡ ἡρα ἡ ἡρα. Fodit & vallem facit, hoc est in profundo depressit fundamentum. Syrus ad verbum plenitudo, quod lotis exprimitur πλημυδία Graeca dictio. Accipienda autem secundum materiam subiectam est plenitudo aquarum.

VERSUS 38.

Date & dabitur vobis; mensuram bonam, & confertam & coagratam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura, qua mensi fueris remittitur vobis.

QUESTIO I.

An merita non respondeant mercedi?

S. 1. BEze frequentes in rebus Grammaticis errores ostendi, dum omnia corrigere nititur: at vero vbi Theologum agere incipit, grauius omnino labitur. Hunc in locum ita commentatur. [Quae vobis erit gratia? Id est, quid est in hoc vestro opere, quod Deo gratū esse possit; vel quid gratiē possitis à Deo consequi hoc facto vestro. Vide ut n. hec ita explicare Matth. quū inquit, ἡνα ὑμεῖς ἐχέτε: quam mercedē referetis? Ex quib. et verbis apparet nū nullos frustra somnare mutua inter meritū & mercedē relationē, cum id ipsū à Luca χεῖς dicatur, quod ἡ ἡρα & Matth. Possimus tamē hoc aliter et explicare, nēπερὶ χεῖς ad homines ipsos

reterimus, ut sit haec sententia. Quae vobis est gratia? id est, quae est vestra in eare liberalitas, ac beneficentia? Nā qui eum diligit, a quo vicissim diligitur, nō potest ei quippiā largiri, sed reddere potest quod debet: adeo, ut nisi id faciat, non possit vir bonus videri. Postremo qui eum demum diligit a quo se diligi putat, is profecto videtur non tam amicum, quam seipsum diligere, ideoque non alijs, sed sibi ipsi gratificatur. Sed videtur mihi prima interpretatio maximē convenire: quam obrem etiā verū per futurum, sicut apud Matthaeū interpretatus sum Habebitis, id est, iēte, quia de beneficiorum mercede differit Christus ex hypothefi: quasi diceret: si in amando spectatis vestra commoda, quaerite ea commoda quae verē commoda sunt, diligite igitur inimicos vestros. Nam ita ostenditis vos ea commoda expectare, quae non ab hominibus, sed a Deo proficiuntur, cum homines propter Deum diligetis. Alioquin si amicos duntaxat diligatis, non a Deo, sed de ipsis amicis paria expectare, ut profani homines solent. Est autem insignis hic locus, in quo aperte ostenditur discrimen praceptorum Evangelij, ac Philosophiae, quum alioquin etiam Socrates apud Platonem de diligendis quoque inimicis doceat.]

Respondeo vim argumenti in eo positam: Matthaeus dicit, *μισος*, Lucas *χαιρει*, *μισος* igitur est *χαιρει*, merces est gratia. Sed gratia non habet relationem ad meritum, nec ergo *μισος* merces. Et si igitur merces est, non est tamen meritum. Haec quam nullo modo cohæreant fati hic locus ostendit. Nam Christus ait, eos nullam mercedem, nullam gratiam habituros a Deo si licet, si eos diligant, qui ipsos vicissim diligunt. Quia vero eo in facto nulla est *χαιρει* gratia, vel merces, iuber amplius facere aliquid, & inimicos diligere. Hic igitur est *χαιρει*, seu merces: at *χαιρει* illa, seu merces respicit meritum. Nam *χαιρει* non est hic favor, aut donum Dei quo operamur, sed est gratia quae operi refertur. Deus igitur quia gratiam refert, respectu operis id facit: quemadmodum homo, si quid benefeceris gratiam affectu, verbis, aut facto rependit: ita Deus quoque non affectus beneficio, sed virtute delectatus, eam compenfat. Gratia igitur opus respicit, & quidem meritum; promissa est enim operi; at gratia promissa, est gratia debita.

Debita non ex virtute solius operis, sed misericordissima liberalitate promissoris, ut alias ostendi. Sic & gratia debita est benefactori, quia ingratus peccat. Est enim obligatio quaedam gratias agendi, sicut beneficiendi. Deus autem cum se ad agendas gratias obligarit, eas referre etiam tenetur.

Gratia promissa, sed debita.

S. 2. Quod vero ad homines refert gratiam, quasi dictum sit, non deberi gratiam illis, qui amicum non amici sed sui commodi ergo diligunt, licet timide asserat, omnino tamen a sensu recedit. Non enim agit de amore qualem se Epicuri habere dicebant, quo non aliter amicus, quam fundus, equus, bos amatur, sed amore, quo amicos interdum gratis amabant, naturali quodam affectu. Quod si eo modo interpretemur, Bezae cavillum de gratia & mercede concidit. Nam homini homo gratiam debet, si benefecerit, si gratis amavit.

Quin ipse iubet a Deo commoda vera expectare, diligendo inimicos, & amicos propter Deum: non enim nisi humana dari possunt, si non autem nisi propter amicos. Gratia igitur hoc loco est gratiarum actio. Deo nos gratias pro beneficijs debemus, & gratæ sunt, quia sacrificium iandis, de quo August. T. 5. 84. cuius & illud præclarum est, Serm. 126. de tempore. Hoc est gratiarum est, veluti si dicitur sanctum sit & benedictum nomen tuum. Decet ergo gratias agere qui gratiam meruerunt. Gratias autem Deo agimus, non damus, non reddimus, non rebus, sed verbis tantum referimus. At certe ex iure & debito gratias Deo dicimus. E contra Deo nobis ut dixi ex promisso gratiam refert, cum benefacta remunerat. Ea vero gratia merces est, quae respicit operis meritum, & pactum promittentis. Errat vero Beza quod *χαιρει* non putat esse gratiarum actionem, vel compensationem beneficij, atque adeo ipsum beneficium, ut Plutarch. de Socrate mon. *η χαιρει*, inquit, *επιτιμιον δευρανην & λαμβιλοντο*, *η δειδοτο* *εξ αμοιβη τελευταια προς το καλον. ο δε μη δεξιμενος, οσπερ σφαιραν εν φορομην, καθηχυναν, ατην προσοσαν.* Gratia non minus desiderat accipientem, quam dantem, & ex utrisque persicitur, honestumque tangit. Qui autem non excipit, sicut pilam recte dicitur, & dicitur, debonitas gratiam, cadentem, & finem suum non affectum.

Divino non humana e-more amici sunt diligendi.

Gratia est dantis & accipientis.

CAPUT VII.

VM autem impletes omnia verba sua in aures plebis, intrauit Capharnaum. 2. Centurionis autem cuiusdam servus male habens, erat mortuus: qui illi erat preciosus. 3. Et cum audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudaeorum, rogans eum ut veniret, & salvaret servum eius. 4. At illi cum venissent ad Iesum, rogabant eum sollicite, dicentes ei: Quia dignus est ut hoc illi prestes. 5. Diligit enim gentem nostram. & Synagoga ipse edificavit nobis. 6. Iesus autem ibat cum illis. Et cum iam non longe esset a domo, misit ad eum centurio amicos, dicens: Domine noli vexari: Non enim sum dignus ut sub te et domum intras. 7. propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus, ut venirem ad te: sed dic verbo, & sanabitur puer meus. 8. nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic vade, & vadit: & alij veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. 9. Quo audito Iesus miratus est: & conversus sequentibus se turbis dixit: Amen dico vobis, nec in Israel tantam fidem inveni. 10. Et reversi, qui missi fuerant domum, inveniunt servum, qui languerat, sanum. 11. Et factum est: deinceps ibat in civitatem, que vocatur Naim: & ibans cum eo discipuli eius & turba copiosa. 12. Cum autem appropinquaret porte civitatis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris sue: & hec vidua erat: & turba civitatis multa cum illa. 13. Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. 14. Et accessit, & tetigit loculum. (Hi autem qui portabant, steterunt.) Et ait: Adolescens, tibi dico, surge. 15. Et resedit qui erat mortuus, & cepit loqui. Et dedit illum matri sue. 16. Accipit autem omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes: Quia Propheeta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitavit plebem suam. 17. Et exijt hic sermo in universam Iudaeam de eo, & in omnem circa regionem. 18. Et nuntiaverunt Iohanni discipuli eius de omnibus his. 19. Et convocavit duos de discipulis suis Iohannes, & misit ad Iesum, dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? 20. Cum autem venissent ad eum viri, dixerunt: Iohannes Baptistam misit nos ad te dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? 21. (in ipsa autem hora multos curans a languoribus, & plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donavit visum.) 22. Et respondens, dixit illis: Euntes & annunciate Iohanni quae audistis, &